Quelle: https://manuscripta.at/?ID=892
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Nota de periculo contencionis in exercitu

et tribunorum crudelitate perdita. Cer-
tum est declinare contenciosa. In
exercitu enim maxime dissensio
generat dispendium et hostibus
gaudium sicut .ij. Paralip. .xx. le.
Moabite Amonite montis Seir
quenere adversum Josaphat re-
gem Iuda cum magno exercitu filii
autem Moab et Amon consurrex-
erunt adversus habitatores montis
Seir ut interficerent et delerent
eos. Cumque hoc opere perpetrassent
inter se ipsos versi mutuis conciderunt
vulneribus. Que dissensio regi
Josaphat victoriam prestat glo-
riosam. Cum enim venisset ad spe-
luncam que respicit solitudi-
nem vidit omnem procul late re-
gionem plenam cadaveribus nec su-
peresse quemquam qui necem potuis-
set evadere. Venit Josaphat
et omnis populus cum eo detraxerunt-
que spolia mortuorum variam sup-
pellectilem vestes et vasa pre-
ciosissima et quia ibi benedixe-
rant dominum vocaverunt locum illum
vallem benedictionis. Dux itaque ut
dicit Vegecius debet esse atten-
tus ut in omnibus legionibus aux-
iliis vexillacionibus siqui mili-
tes turbulenti vel sediciosi sunt
tribunis et vicariis consistat
non perfidia suggerencium sed veri-
tate eosque prudenciori consi-
lio segregatos a castris ad ag-
endum aliquid quod ipsis videatur

optabile aut ad castella et
urbes deputet servandas
ut cum abiciantur existimentur
electi. In gestis romanorum legitur quod — Nota
Gaius curius in bello darda-
nico cum unam de quinque legio-
nibus sediciosam vidisset eam
producere iussit inermem in conspectu
armati exercitus distinctamque
strumenta coegit secare pos-
tremo die sile fossam distinc-
tos milites facere nullisque pre-
cibus inpetrare potuit ut signa
eiusdem legionis submitteret
nomenque aboleret et qui prorati
fuerant tirocinio militari nullo
modo restituebantur antequam eos
preceptis virtutum inita insigni-
ret Julius cesar sicut de eo legitur
orta sedicione inter milites
paucas severi pressis qui
culpabiles habebantur castra
sedavit et fidem militum re-
paravit. ¶ Quartum est cas- — Nota de pena flagiciorum
tigare flagiciosa. Unde Josue
.vj. dicitur quod Josue posuit Jer-
icho et omnia que in ea erant
sub anathemate et precepit ne
quis contingeret quicquam de hiis
que precepta sunt ne prevarica-
cionis rei fierent et castra israel
sub peccato essent et turbarentur.
Sed Acham filius charmi re-
gulam auream quinquaginta si-
clorum et pallium coccineum
valde bonum et ducentos